



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Henrici || Svsonis Viri Sanctita-||te, Ervditione Et  
Mi-||racvlis Clari, Opera**

**Seuse, Heinrich**

**Coloniae, 1615**

Vt id temporis Dominus secundum interiorem hominem affectus fuerit.  
Capvt XVIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38029**

denique radios retraxerit suos, ut suo condescenderent creatori.

plene o  
ctus per  
*Vt id temporis Dominus secundum interioreribus hominem affectus fuerit.*

## CAPUT XVIII.

**M**IN. Quanto quis penitus tuam nitit me? Inscrutari passionem Domine Iesu Christi semper tanto illa apparet impenetrabilis omnino. Multa quidem tibi angustia accidit ante crux sanguinis supplicium, sed multo maiorem ipsa crux viribus peccata intulit secundum sensus & vires corporales externas, quæ cum presentem mortis acerbitudinem experiebantur. Sed quid quæsumus? Domine eodem tempore sentiebat homo interior, anima videlicet tua longe nobilissima. Eratne illa tum consolacione quadam auctoritate perfusa, vt de quibusdam Martyribus suis memorizæ proditum est, quæ immanis passio tuæ cruciatus deliniret efficeret que tolerabiliores? aut quando tandem finem habuit tantus dolor tuus?

SAP. Etsi audieris sæpè tristia multa, sed nihil unquam tristius ac calamitosius eo ipso, quod iam relaturus sum. Anima quidem multo secundum vires supremas diuinam tum haud secus, atque modo, contemplabatur cognoscere beatitudinem: at vires infimæ interioris exteriorisq; hominis, in desolata penitus & omnibus consolationis expertise afflictione usque ad eum erant reliqua sibi ipsi ad extremum usque infinitum acerbatis articulum, ut nullus unquam exstiteret.

Christi crucifixi dolor quantus.

ondexstiterit huic similis cruciatus. Cumque ita  
 plenè omni ope destitutus ac vndique dereli-  
 ctus penderem à cruce, cum distillantibus vul-  
 neribus, lachrymatibus oculis, distentis bra-  
 chijs, ac distractis & diductis membrorum om-  
 nium venis, mortis angoribus correptus, voce  
 lamentabili ac miserabili clamaui ad Patrem  
 meum, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti Matth. 27.  
 me? Interim nihilominus voluntas mea cum Marc. 5.  
 Iesu sempiterno voluntatis eius decreto & placito  
 omnino consentiebat atque unita erat. Porro  
 sanguine meo sic prorsus omni effuso, fractisq;  
 viribus, praे mortis angustia inuasit me sitis a- Quæ sitis Ie-  
 cerrima: sed multò vehementior me obtinuit sum maximè  
 sitis salutis Mortalium omnium. Atque eccè  
 dum sic laborem siti intolerabili, fel & ace- afflixerit.  
 tum ori meo obtulerunt. Deinde peractis illis,  
 quæ ad hominum instaurandam salutem per-  
 tinerent, in hæc verba prorupi: Consummatum Ioan. 19.  
 est. Ita Patri meo perfectam præstiti obedien-  
 tiā ad mortem usq;te. Cumque dixisse, Pa-  
 ter, in manus tuas commendō spiritum meum. Præ- Luc. 23.  
 clarissima anima mea ex Diuino migravit cor-  
 pore, ita tamen, vt nec ab illa Diuinitas separa-  
 tur. Post hæc lancea foderunt dextrum latus  
 meum, vnde continuè exiuit preciosi sanguini-  
 riulus, simulq; fons aquæ viuæ. Ecce fili Quo labore  
 mi, huiusmodi labore ac dolore, tecū & electos reparati su-  
 omnes reparauī, & innoxij sanguinis mei vita- mus.  
 li sacrificio ab æterna morte redēmi.

M N. Reuera Domine Iesu amator præci-  
 pue ac integerrime, miserabili me ratione re-  
 parasti. O quantopere dilexisti me, quām be-  
 nignè in libertatem mey indicasti. Quā tandem  
 G suauis-

Iesu redem-  
ptori nos o-  
mnia debere.  
suauissima Sapientia pro tanto amore, tam  
cerba passione gratias tibi agere potero? P  
fecto, si mihi inessent Samsonis vires, Abs  
nis pulchritudo, sapientia Salomonis, cuncta  
rum Regum opes ac dignitates, has ego om  
in cuius laudem perquam libenter in tuo cul  
famulatu consumerem. At qui Dominus  
sum, nihil possum. Et quo tamen pacto gra  
tia tibi esse potero?

S A P. Si vel angelorum omnium linguis  
ses praeditus, & Mortalium omnium bona  
pera solus peregisses, atque creaturarum o  
num bona opera solus peregisses, atque ca  
turarum omnium vires haberet, nec sic  
dem dignas mihi posses gratias agere velp  
minima, quam ex amore cui causa perf  
sim, afflictione.

M I N. Præsta igitur mihi Domine, & do  
Christo passo me, ut ex tua gratia tibi placeam & charus fu  
qui condigne grata red  
gatia red  
danur. quando nemo potest tuæ charitati vicem  
pendere.

Aridis qui  
sua crux fe  
renda.  
S A P. Crucem meam omnis expertem sol  
tij tuos ob oculos crebro versabis, dirissimis  
cruciatus meos cum ingenti condolentia o  
affiges animo, & quicquid tibi patiendum o  
currerit, ad meæ passionis similitudinem qua  
dam adduces. Vbi afflictus fueris, nec tam  
villam tibi præfltero consolationem, sed i  
mentis ariditate tabescere, ac sine alicuius su  
uitatis infusione exarescere te permisero, que  
admodum me pater meus dereliquit, non ac  
cupaberis peregrinas consolatiunculas: sed li  
mentabiles dabis gemitus ad Patrem calefies  
cum abnegatione tui, quod ad delectationem  
attinet.

tam attinet, pro illius Paterna voluntate. Tum vero quanto externa crux tua fuerit acerbior, & intus ipse magis derelictus fueris, magisq; resignatus, tanto propius ad meam accedes similitudinem, & aeterno Patri eris charior. Siquidem hac ratione præcipui Dei amici potissimum probantur. Cum te vehemens tenebit desiderium, aliquam in re quapiam multum delectabilis cupandi & capiendi voluptatem, ex amore id respues & mortificabis: atque eo ipso fitibundum os tuum, sicut & meum, amara potionem cruciabitur. Cunctorum hominum salutem summopere series. Rectè facta siue bona opera tua ad perfectam capessendam vitam diriges, & ad mortem usque exequeris. Subditam geres voluntatem, prompteq; morigerâ ac obtemperantem superioribus tuis, animamq; omnipro proprietate nudam, prorsusq; resignata in omnipotentis Patris manus, atque etiam spiritum ex vita hac temporaria in illam aeternam commigrantem, pro quadam similitudine extrema illius decessione de huius vita curriculo; Ita fiet, ut crux tua miserabili cruci meæ non nihil conformis sit, atque in ipsa præclarè perficiatur. In patulo lateris mei vulnero, in ipso amo risvulnere affecto corde meo suauiter te includes, ibiq; morari & permanere disces, atque ita vitali illa aqua te expiabo, & purpurei sanguinis mei roseo colore mirificè decorabo. Deniq; metibi forrit adstringam & obligabo, teque mihi perenni unione coniungam:

M I N. Nullus unquam Adamas tanta vi ferum ad se rapuit, Domine Iesu, quanta acerbissima passionis tuæ exemplum efficacissimum

Adamas &  
passio Christi  
quonodo  
conferatur;

G 2 corda

OIV

45

corda omnium sibi copulare & vnire queat.  
taque mi Domine deinceps pericunda & in-  
fia me à toto hoc Mundo abstractum, ad  
pertrahe in crucem tuam, eiusque propinquu-  
simam similitudinem in me exalte & absolu-  
ue, quô anima mea quandoque te fruantur  
præcipua claritate tua.

*De absolutione Domini Iesu à cruce.*

CAPUT XIX.

**M**IN. Tu quoque Mater piissima, Da-  
mina reverenda, seruo tuo explicet ve-  
lim, vt ingens & acerrimus animo  
cruciatus ex filij passione suscepimus, finem acce-  
perit. VIRGO MARIA RESPONDET:  
Faciam quod petis: sed verba mea non sine lo-  
mentis & commiseratione auscultare te dec-  
Posteaquam filius ille meus unicus & charilis-  
mus spiritum reddiderat, & coram me pende-  
bat emortutus, mihique vires omnes cordis  
sensuum defecissent, quia aliud non potui, o-  
culos in eum sâpe coniiciebam modò sanè mi-  
serabili. At ubi aduenisse sensi, qui eum de cru-  
ce deponerent, videbar mihi velut à morte ex-  
citari. Tum verò quanta Materni animi pietate  
& affectu eius emortua brachia exceperim  
quantaque fidelitate eadem sanguinolentis ap-  
preserim genis meis: quanto etiam amore &  
desiderio ipsum de cruce mihi redditum ma-  
terno pectori meo brachijs meis circumple-  
xum adstrinxerim, recentesq; & cruentas pla-  
gas extinti yultus eius deosculata fuerim:  
qua

Qui se mor-  
tuo iam iam  
Iesu Maria  
habuerit.